



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Bona Volvntas Optimæ Consentiens. Seu De Sequendo In  
Omnibus Ductu Providentiæ Diviniæ**

**Fouillon, Jean E.**

**Leodii, 1657**

II. Vera voluntatis bonitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54992](#)

OPTIMÆ CONSENTIENS. §

II. Nostrum itaque est, cum propitio  
*Vera vo-* luntatis Numine, ejusque auxiliante gratia,  
*bonitas.* perficere quod naturæ deest : &  
bona volendo id assequi, ut voluntas no-  
stra non tantum bona sit & bona valde,  
sed etiam optima. Nam si omnium op-  
timæ volūtati, id est divinæ, illam applice-  
mus, sumet inde pretium, & ex humana  
sece transfigurabit in divinam. Disertissi-  
mus Hebræorum Philo libro de Temu-  
lentia perhibet, Tarandum, animal bovis  
magnitudine capite cervino, id à natura  
accepisse, ut rerum omnium, quibus ap-  
plicatur, colores fallendis venatoribus  
induat. Idem de Chamæleonte & vetu-  
stas tradidit, & recentiorum multi scri-  
psere: licet Gassendus lib. 5. de vita Pe-  
resquii Senatoris Aquensis in Provincia,  
curiosissimi naturæ indagatoris, narret,  
ipsum, nutritis de industria chamæleonti-  
bus, deprehendisse, non omnes ab illis  
colores indui, sed nigredinem solummo-  
dò aliquam, qua parte ad Solem ignem-  
que obverterentur. Verùm Tarando  
Philonis fidei, Chamæleonte experientiæ

A 2

reli&to;

#### 4 BONA VOLUNTAS

relicto: hoc certum, quod de animalibus istis opinio vulgavit, hominum singularum voluntati contingere, ut cunctarum rerum, ad quas amando desiderandōe adjungitur, colores, formāmque, aut deformitatem accipiat. Mala voluntas est, quæ ad malum fertur; pessima, quæ ad pessimum: bona est, quæ bono inhiat aut delectatur; optima, quæ optimo.

iii. Ab hoc fonte manavit Epicteti,  
Eius officiorum. Ethnicorū Philosophorum æquisimili & sanissimi, breve ac celebre præceptum, ἀπέχου καὶ ἀτέχου. *Abstine, & sustine.* Abstine à vitiis, ne malus fias, mala volendo. Sustine adversa, ne male ferendo, aut ferre nolendo, malus fias. In hæc duo verba summa in Philosophia universæ, & virtutem omnem contulit consummati sapientis. Quamquam nos hodie cominodiùs in præcepta tria officium Bonæ voluntatis, & compendium sanctimoniarum dividimus: *Age, Abstine, Sustine.* Cùm enim Optima DEI Voluntas imperet aliqua, vel suadeat; prohibeat